

esset in arboribus uel antennis (9) atque temonibus, quia dampnum illud in uaria (10) esse non debet, ut superius continetur.

St. Tiep. A, 37.

(9) anthenis — (10) auria [*avaritia*]

LXXX. *De marinariis qui contra pactum conuencionis naues et alia ligna relinquerint* (1).

Uolumus quod si aliquis marinarius contra pactum conuencionis uoluerit relinquere nauem, licitum sit patrono ipsum marinarium retinere quousque (2) pactum conuencionis adimpleat. Marinarius uero (3) qui nauem relinquerit contra pactum conuencionis, uiolenter uel fortitue (4), totum illud quod pro marinaria suscepit (5) in duplum patrono restituere (6) teneatur, et insuper quantum statuere uel diffinire uoluerint super ¶ hoc (7) iudices ordinati. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno cooperto de ducentis (8) milliariis et inde supra. Q. 98
A.225*

St. Tiep. 39. — Tarr. 42.

Var. in Q: (1) | LXXXIV. De marinariis retinendis qui nauem relinquerint. — (2) donec — (3) u. *omesso*. — (4) per forcium uel fortitue contra p. c. — (5) receptum habet per marinariam — (6) redere — (7) tantum plus quantum super h. s. aut d. u. — (8) et omni ligno de mill. CC.

LXXXI. *De termino ad quem patroni debent facere paccamentum marinariis* (1).

Ordinamus quod si patroni marinariis ad statutum terminum non fecerint paccamentum (2), ex tunc in antea teneantur patroni ipsum paccamentum (2) in duplum marinariis restaurare. Similiter si naulizati patronis ad statutum terminum non soluerent naulum, ex tunc in

Var. in Q: (1) LXXXV. De pagamento non facto marinariis ad terminum. — (2) pacamentum —